



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

75. Divites sunt curis agitati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

1. Tim. 6.

Labyrinthus sunt divitiarum, inquit Apostolus: Radix omnium malorum est cupiditas (hæc porta est) quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis, &c. O labyrinthus! &c. Exibo ex illo negotio certè, &c. Quando? Es miser in labyrintho, &c. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli.

Divites sunt curis agitati.

PUNCTVM LXXV.

Ezech. 26.

Gen. 2. Divitiarum parentes. Hebr.

IN profundis aquarum (tribulationum dolorum) opes tuæ. Onychinus, ab ungue, nam Græci unguem ὄνυχον vocant, significatque rapacem direfcentium effectum,) invenitur in terra Hevilath, ubi nascitur aurum. Hevilath interpretatur dolens. O quot dolores in acquirendo, in conservando, in augendo! &c. Congruit & lapidis huius proprietates. Dicunt enim Onychinum tristitiam excitare, timores multiplicare, & animos ad lites, & rixas commovere. O quam responderet hoc naturale avaritiarum! Unde enim timores, tristitiarum, bella, & lites? Nonne ex concupiscentiis vestris? &c.

Iac. 4. 1.

Luc. 8.

Aliud cecidit inter spinas. Theophyl. spinarum instar sunt, divitiarum sollicitudines. Unde si tetigerit eas quispiam, manus cruentas facient vulnera infligentes.

Et dolorum.

1. Tim. 6.

Græcè.

Exod. 8.

De his, qui volunt divites fieri, inquit Apostolus: Et inseruerunt se doloribus multis. Græcè: Et transfixerunt se doloribus multis.

Ex pulvere Ægypti orti sunt cyniphes. Quid divitiarum, nisi pulvis Ægypti? Ex illis cyniphes, id est, curarum, & sollicitudines oriuntur, quæ mentem pungunt.

Iacob anxius,

quando dives.

Gen. 2 s.

An sunt obliti sollicitudinum Jacob, dum dives cum armentis, famulis, & familia rediit ex Mesopotomia? O quot curarum! O quot timores! Divisit turmas, &c. Si percussisset Esau israhel, &c. Libera me, Domine, &c. Sic congressus cum Angelo per totam noctem luctatus est, semihoræ somnum capere non valuit. At dum pau-

Securus, quan-

do pauper.

A perivit, in nuda terra, reclinato supra lapidem capite, dulcissimè conquevit, mysticè illa visione perfruitus est, nihil per totam noctem somnum interrupit, quia tunc pauper erat, &c. Sed quando domum rediit, dives erat, & per consequens curis agitatus, &c.

B Pauper ille dives Evangelii præ curis quiescere non poterat. Divitiarum nimirum quietem adimunt, sicutque veluti spinæ in lecto. Unde impossibile est conquevere, &c. Quid faciam? O spinæ, quæ lacerant! Requiesce. Nihil minus: voluit sese, ac revolvit, &c.

Luc. 11.

Divitiarum spinæ in lecto,

C Ecclesiastes: Saturitas divitiarum non sinit eum dormire. Arabicè: Aviditas in divitiis, non permittit ei aviditas ejus, ut dormiat, quasi diceret: Non tam divitiarum, quam aviditas illa divitiarum quietem, ac somnum adimit.

Eccles. 5.

Arab.

Non plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini tui. Altare Dei est cor, lucus autem sollicitudinis terrenorum, ac noxia desideria, quæ juxta cor plantanda non sunt, ne cor sylvescat, fiatque habitatio bestiarum.

Deut. 16.

Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Syriacè: Et distraheris erga plurima. Martha. Hebraicè, irritans, vel provocans. Hoc malum in divitiis, turbatio hæc, sollicitudo hæc, distractio hæc.

Luc. 10.

Syriacè.

Hebr.

De finali impenitentia quorundam avarorum.

PUNCTVM LXXVI.

E APud Zachariam: Hæc est amphora egrediens, & ecce mulier sedens in medio amphora, & dixit: Hæc est impietas. Et projecit eam in medio amphora, & misit massam plumbeam in os ejus, & levavi oculos meos, & vidi, & ecce dua mulieres egredientes, & spiritus in alis earum. & habebant alas, quasi alas milvi, & levaverunt amphoram inter calum, & terram. Quid ista deserunt amphoram? Et ait Angelus: Ut edificetur ei domus

Zach. 5.